

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod non soli viro præceptum fuit datum. G

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

erigeretur. Qui ergo incitatem habuit ad malum non iniuste reparatorem habuit ad bonum. Diabolus vero, quia sine alicuius tentatione peccatum per alium ut surgeret iuuari non debuit, nec perspicuit: & ideo irremediabile peccatum eius extitit. Peccatum vero hominis sicut per alium habuit initium, ita per aliud non incoquatum habuit remedium.

Quare homo, non angelus, sit redemptus.

Præterea angelica natura quoniam non tota perierat, sed ex parte persistiterat, non est redempta: humana vero tota perierat: & ideo ne penitus perderetur, ex parte est redempta, ut inde ruina suppleretur angelica. Vnde Aug. in Enchyr. Placuit universitatis creatori & moderatori, ut quoniam non tota multitudo angelorum Deum deserendo perierat, ea quæ perierat in perpetua perditione permaneret: quæ autem cum Deo illa deserente persistiterat, de sua certissimè cognita semper felicitate gauderet. At vero creatura rationalis, qua in hominibus erat, quoniam peccatis atque supplicijs tota perierat, ex parte poterat reparari, vnde angelicæ societati suppleretur quæ ruina illa minuerat: hoc enim promissum est sanctis, quæ erunt quales angelis Dei.

Quod non soli viro præceptum fuit datum.

Illud etiam notandum est, quod non soli viro Aug. de Genesi ad literam 8. libr. 17. in præceptum videtur esse datum, cum ipsa mulier testatur sibi etiam esse mandatum, dicens. Præcepit nobis Deus, &c. Supradictum legitur, ante factam mulierem Deum dixisse viro: De ligno scientiæ boni & mali ne comedas: Non dixit, ne comedatis. Forte quæ facturus erat mulierem de viro, sic præcepit, ut per virum ad mulierem perveniret mandatum: quæ mulier quæ subiecta viro fuit, non nisi mediante viro dominum debuit accipere præceptum. Vnde

1 Cor. 14. 6. Apost. Si quid discere mulieres voluerint domini viros suos interrogent. Si queritur, quæmodo loqui posuerunt

tuérunt, vel loquētem intelligere, qui nō didicērāt inter loquentes cōfessō vel magisterio? Dicim⁹, quia D⁹ eos tales fecerat qui possent loqui, & discere ab aliis si essent.

DE ORIGINE ILLIUS PECCATI.

DISTINCT. XXII.

A

*De hominis
transgres-
sione.*

Hic videtur diligenter inuestigandum esse quæ fuerit origo & radix illius peccati. Quidam putant quandam elationem in animo hominis præcessisse, ex qua diaboli suggestioni consensit. Quod vide:ur August. innuere super Gen. ita in-
quiens. Nō est putādum quod homo deiiceretur, nisi ad lite-
nisi præcessisset in eo quædam elatio comprimē-
da: ut per humilitatem peccati sciret, quā falsò de s. in princ.
se præsumpsérat, & quod non benè se habet natu-
ra, si à faciente recesserit. Item in eod. Quomodo inferius.
verba tentatoris crederet mulier, dum se à re bo-
na & vtili prohibuisset, nisi inesset eius menti a-
mor ille propriæ potestatis, & de se superba præ-
sumptio: quæ per tentationem fuerat conuincen-
da aut périme da. Deniq; nō contēta suāsione ser-
pentis, aspexit lighū bonū esu, decorū aspectu: nec
credens se inde posse mori, forrè putauit Deum a-
licuius causa significatiōnis illa dixisse: ideo man-
dueauit, & dedit viro suo fortassis cū aliqua sua-
sione, quā scriptura intelligendā reliquit. Vel for-
tē nō fuit suaderi necesse, cū eām mortuā esse illo
viro nō videret vir. Sicut ergo nō est pmissus dia-
bol⁹ tētare fœminā, nisi per serpētē: ita nec virū, Aug. lib. 15.
nisi per fœminam, vt sicut præceptum Dei per vi- dicto c. 22.
rum venit ad mulierem, ita diaboli tentatio per
mulierē transiret ad virum. In muliere vero quæ rationalis erat, non est ipse locutus vt in serpente, Ibid. paulo
sed persuasio ei⁹, quamuis instinctu adiuuaret in-
teri⁹, quod per serpētē gerebat extérius. Ex præ-
dictis tentationis mod⁹ atq; progressus insinuatus

B b 2

nec-